


FRANCISCI BENECII
E SOCIETATE IESV.

AD TOMVM QVARTVM ANNALIVM
ECCLESIASTICORVM R. P. CAESARIS BARONII.



*VIS tibi tam validas, CAESAR, doctissime, vires
Sufficit, & tantis cumulat pia pectora donis,
Ut, quoties novus annus init, novus exeat a te
Fructus, et in messem pariter nova gramina crescant?
Vnde tibi tam laetus ager? quis temperat auras,
Et tempestivo pluuias discriminat aestu,
Maturis ne forte calor, neu frigora desint
Frugibus, ut primum iacto de semine terra
Spem segetis cupida arripiens sub viscera condit?
Tertius ingenij partus se fuderat anno,
Et saeculo attulerat miranti gaudia: quartum
Surgit opus, quinto affecto: dein ordine sextum
Instat: ut ex uno sint talia pensa quotannis,
Qualia non annis alius queat omnibus, uno
Non valeant anno coniunctis viribus omnes.
Mens adeo secunda boni, facundaq. mentis
Lingua effert arcana suae: mox pagina sollers
Excipit, ut nullo celebrentur sine per orbem.
Non opis humanae hoc, CAESAR: maiore magistro
Res agitur: Deus ipse animos viresq. secundas
Subijcit, affatu Matris: tu namque vocare
Hanc solitus, dubijsq. tuis exposcere rebus:
A qua principium, cui desinis. Ergo age, quando
Iamdudum Annales, quos & labor annuus aequat,
Cum fructu assiduo commendat plurimus usus:
Illam etiam supplex ora, tibi proroget aeuum,
Omnia dum possis annorum evolvere saecula.
Ipse sua labor aeternum se sponte propagat:
CAESARIS Annales ut nulla oblitteret aetas,
Dum referent sese voluentia saecula per annos.*



FRANCISCI BENICII

E SOCIETATE IESV

AD TOMVM QVARTVM ANNVM

ECCLESIASTICORVM R. P. CAESARIS BARONII



Et tempore plures agerunt aequum
Nihil tibi tam laetus ager quam tempore ager
Fructus, et in messum pariter nona gratia crescit
Nihil quos non annuunt, non exeat a te
Sufficit. Et tunc cumulat per postera domus
Nihil tibi tam validus, Caesar, hostis, vires



**Quartus Annalium tomus incipit à Iu-
liano Apostata Imperatore, perdu-
citurq. vsque ad obitum Theodo-
sij Augusti; continet annos trigin-
ta quatuor.**

FRANCISCI BENICII